

Quod si constatum ex utriusque epactis xxx. non superet, ut in numero xiv. accidit; tum tu postremam e vii. diebus scito Neomenie esse sedem.

Ex hac methodo simplex & epactalis, ut ita dicam, Latinorum Judaico more; a Septembri caput anni lunaris ordinentur cycli adscribi Romanis mensibus ponitur. Verum paullo aliter illi numeros suos ordinarunt; uti Paulus Forosemp. affirmat. Nam Alexandrinos imitati primum embolimos omnes plenos esse voluerunt, tum Lunae saltum, quod erat consequens, admiserunt; & quidem in eo numero, qui Alexandrino illi respondet, in quem Lunae saltus impactus est. Atqui aureo numero xix. labente, saltus in xxx. Julii receptus est. Huic autem Latinorum numerus in Julio respondet, xvi. a Septembris xxiv. ad Decembrem xvii. At Latini nequaquam in Julio saltum admiserunt, sed in alio mense, nempe Sept. xxvii. aureo numero xvii. qui tum Romanorum decimo nono, Alexandrinorum vero i. respondet: quae res postea demonstrabitur. Nunc id sumimus, saltum Lunae in Sept. xxvii. locum habuisse. Ex quo sequitur tam numerum ipsum xvii. quam qui eo sunt posteriores, xviii. & xix. fedes illas anticipare in Latino Calendario, quas in cyclo Juliano sortiti sunt. Nam cum numerus aliquis diem unum anteverit in quocunque mense, idem in ceteris mensibus sequentibus anticipat, & qui numero illo posteriores sunt: uno etiam anteverit die; nisi in aliquo mense compensatio fiat. Unde tres illi numeri, xvii. xviii. & xix. in Latinorum Calendario uno die fedes Julianas praevrunt. Sed priores duo per totum Calendarium: numerus autem xix. usque ad finem Decemb. post Januariam Kalendas eandem fedes obtinet, quas qui ipsi

Latinorum saltus ubi constitutus fuerit.

numeris in cyclo Juliano respondet. Cujus ea ratio est. In Calendario Juliano ultimus mensis lunaris cycli xix. dies habet novem & viginti. ideo a iiii. die Decemb. ad ultimum extenditur. In Latino vero Calendario tricenarius est, & quoniam uno, uti dixi, die fedem anticipat, aureus numerus xix. ad secundum Dec. adscribitur; ejusque syzygia eodem, quo Juliana, die terminatur. Propterea ambo illi paria faciunt. A xxiv. die Septembris numeris Latinorum xvii. xviii. & xix. respondet similes in Juliano cyclo numeri; a Kalendis Januariis ad xxiii. Dec. Juliani isti, xviii. xix. i. Crescit enim unitate Julianus cyclos. Ut igitur Latinorum numerorum antecessorem agnoscas, sume in Juliano Calendario numeros xvii. xviii. & xix. a xxiv. Sept. ad Decemb. finem, & cum iisdem Latini Calendarii numeris confer; quod paullo post adscribemus. Post Kalendas Jan. sume Julianos numeros xviii. & xix. Latinos autem xvii. & xviii.; animadvertes uno die Latinos antevertere. Praeter hos numeros, etiam xvii. qui Juliano ix. opponitur, in uno loco infra epocham cycli Juliani summotus est, videlicet a Kal. Apr. ad secundum diem. quod Latinos eo fecisse Paulus asseverat, ut Alexandrinos imitarentur; hoc est, ut eorum exemplo embolimos mensis non in Paschalem mensem, sed in antecessorem incurreret. Ita quippe syzygia illa numeri xvii. quae Martii iiii. coepit, & ex ordine cava esse debuit, plena, & intercalaris est facta. Eiusmodi Latini Calendarii constructio fuit, a xiv. Septembris exoritur: ejus scientia multum nobis ad Latinorum cyculum, atque epactarum vulgarium notitiam utilitatis, ac lucis afferet. Ejus hic Diagramma subtexam.

Table titled 'Kalendarium Romano cum cyclo lunari Latinorum.' with columns for months (September to Martius) and days (I to XXXI).

Table with columns for months (Aprilis to September) and days (I to XXXI) showing the correspondence between Roman and Latin calendars.

CAPUT XVI.

De cyclo lunari Romanorum, cujus initium a Calendis Januariis deducitur. Quae sit lunaris istius cycli dispositio.

LUNAREM istum cyclum, quem haecenus exposuimus, quemque ab Septembri mense coeptum Latinos usurpasse Paulus Forosemp. & Joannes Staeflerus asserunt; Romani postea a Januarii Kalendis exoritur. Docet hoc Beda cum aliis in locis; tum lib. de Temporum ratione, cap. lrv. ubi lunarem cyclum a decemnoventali fecerunt. Hunc enim, qui ab Alexandrinis acceptus, a Dionysio Exiguo ad Romanum Calendarium accommodatus est, a Paschali mense inchoari scribit: de qua re supra nos egimus: Lunarem vero, qui proprie Romanorum est, a Luna Januarii mensis incipere; ibidemque desinere. Hujus contextus ab eo, quem proximo capite disputavimus, nulla re differt alia, nisi principio; quod ille a xxiv. Septembris, iste a Kalend. Jan. procedat: ex quo nonnullam in aureis numeris, & embolimos mutationem redundare necesse sit. Latinorum cyclos ab aureo numero i. incipit, qui ad xxix. Septembris apponitur: ab eoque reliqui deinceps ad eisdem Septembris vicefimum tertium diem ordine pertexuntur. Porro si ad xxiv. Septembris adscribatur numerus i, ac reliqui continua serie propagentur, in Kalendas Januariis incurrerit numerus xix. Romani antequam Alexandrinum cyclum Fastis suis illigarent, lunarem suum ab eo anno coeperunt, quo Latinorum aureus numerus curabat i, & quidem a Kalendis Januariis. Quare ab numero xix. cyclum suum inchoarunt; quod paullo post ostendetur. Jam si a Kalendis Januariis & numero xix. ceteros deinceps per progressionem arithmeticae octonarii, ad Decembris ultimum diem continuo describas, vacuis

identidem cellis interpositis, at reliquis omnibus servatis, quae supra in hac methodo praescripta sunt, in xxiv. Septembris incidet numerus xix; ac ceteri deinceps usque ad Decembris postremum diem unitate minores erunt, quam in Latinorum Calendario, quod a xxiv. Septembris oritur, & in Juliano cyclo. Et, ut uno verbo definam; aurei numeri lunaris cycli Romanorum, cum ab eodem initio, unde & Julianus cyclos, oriuntur; per totum Calendarium unitate superantur ab aureis numeris cycli Julii Caesaris; quod in Diagrammate postea constabit.

Ad embolimos quod attinet; si eandem, quam in Embolimos antecedentibus cyclis omnibus tenuimus, methodum observemus; hoc est naturalem progressum epactarum annuarum, quae cum mensibus componuntur, sequi velimus; paulatim ab eo, quem proximo capite declaravimus, embolimos ordine, noster iste discrepabit, propter diversum utriusque primordium. Atque ut artificium omne, quod illic explicatum est, ad hunc Romanum cyclum applicetur; primum epactae annuae constituendae sunt; quae a superioribus distant. Nam cyclo primo, illic epactae sunt o; cyclo xix. epactae xviii. hic autem aureo numero currente i, epactae sunt xi: aureo vero numero xix, epactae o. Hujus ea ratio est, quod cyclos xix. primus est, & a Kalendis ipsis Januariis sumit exordium. Hoc igitur incunte, epactae, id est residui dies antecedentis anni, sunt o, sive nulla; quia in Decembris ultimo lunatio finitur. currente vero numero i, undecim dies ante Kalendas superant. Ad epactarum annuarum tabellam duas alias adjungemus: unam menstruarum epactarum, sive mensium, quae in quolibet mense post Neomeniam lunarem reliquae sunt: alteram regularium, sive dierum qui in antecedenti mense supra integram syzygiam excurrunt.

Tabula I.		II. Tabula regularium.		III. Tabula epactarum mensuratum.	
Anni cycli.	Epactæ annuæ.	Menses.	Regul.	Januarius	0
1	XI	Januarius	0	Februarius	0
2	XXII	Februarius	1	Martius	0
3	III	Martius	0	Aprilis	1
4	XIV	Aprilis	1	Maius	2
5	XXV	Maius	2	Junius	3
6	VI	Junius	3	Julius	4
7	XVII	Julius	4	Augustus	6
8	XXVIII	Augustus	5	September	6
9	IX	September	7	October	8
10	XX	October	7	November	8
11	I	November	9	December	10
12	XII	December	9		
13	XXIII				
14	IV				
15	XV				
16	XXVI				
17	VII				
18	XVIII				
19	0				

Epactæ annuæ cum regularibus ubicumque triginta dies complent, ibi intercalatur. cum epactis verò mensuris Tabulæ tertie composita, & ambæ simul è diebus mensis uniuscujusque subductæ, sedem Neomeniarum exhibent: Exemplum: volo scire quanam diei adscriptus sit aureus numerus xv. in Novembri. Sumantur epactæ xv. è Tabula I, & cum epactis Novembris VIIII, componantur, fient XXIII. quæ de xxx. detracta relinquunt VII, ubi est numerus xv. Embolismorum progressus hoc modo cognoscitur. Anno secundo epactæ XXI. cum regularibus Novembris primùm triginta complent. Ergo embolimus mensis cadit in Octobrem. Anno v. cadit in Julium. Nam epactæ annuæ xxv. cum Augusti regularibus conficiunt xxx. Sic anno VIII. embolimus in Aprilem convenit. Sed quoniam Latini, uti superiori capite docuimus, lunationem, quæ Martii tertio die incipit, cyclo lunari VIIII, plenam & embolismicam esse maluerunt; ut hac ex parte Alexandrinos imitarentur, ideo nos embolimum mensis in Martium traducemus. At Beda embolimum annum octavo anno tribuit, numero VII; cujus opinio postea, cum agemus de cycli hujus initio, discutietur. Item aureo numero x, embolimus in Decembrem convenit, quoniam cum epactæ annuæ cum nullius mensis regulari triginta complent in annis embolismis, intercalatur in Decembri.

Aureo numero XIII, intercalandum fuit in Augusto. Nam epactæ annuæ XXI, cum regularibus Septembris conficiunt xxx. Verum quoniam plena est illa quidem syzygia, quæ Augusti II. incipit, sed cavus duabus septa; neque sequens lunatio plena fieri potest, ne numerus XIII. in Kalendis Octobris consecutus in eundem cum numero III. diem incidat; propterea diffundendus embolimus in Septembris xxx. Nam duæ plene continuantur. Numero deinde XVI, embolimus competit Junio mensi. Sed huic Paulus cavam in Julio subjungit. Nulquam autem in toto anno, quo Latinorum currit nu-

merus XVI, plene duæ continuantur: propter Lunæ saltum, de quo postea. Itaque malim numerum XVI. ad Julii XXXI. ponere, ut lunatio altera plena in Julii tricesimo terminetur, & duæ postea cavæ pertexantur, quoniam saltus in Septembri committitur. Denique numero labente XVIIII, embolimus in Decembrem competit. quæ omnia in sequenti Tabula cognoscet.

Anni five aurei num.	Sedes Neomeniarum embolismicarum.	
II	Octobris	1
V	Julii	2
VIII	Martii	3
X	Decembris	1
XIII	Septembris	30
XVI	Junii	1
XVIII	Decembris	2

Ex his non erit difficile cyclum lunarem Romanorum, sive Latinorum in Romano Calendario describere, quòd supra capite v. jam antevertimus in typo Kalendarii: in quo duplicem numerorum ordinem ad dies ipsos adscripsimus, Alexandrinòque opposuimus: ut ex amborum comparatione celeberrimæ illæ de Paschate controversiæ, quæ tandiu Ecclesiam exercuerunt, intelligi possint.

CAPUT XVII.

De saltu Lunæ, ejusque situ in cyclo lunari Romanorum.

UPLEX illa numerorum series quæ in Calendario capitis v. supra descripta est, cyclis totidem servit; qui tametsi decemnovennales ambo sint, unus tamen commune nomen sibi proprium facit, ac decemnovennalis simpliciter, aut etiam Paschalis appellatur. cujus proprii sunt numeri illi, qui in dextro versu continentur, & à III. incipiunt. alter cyclus lunaris vocatur, cujus proprii sunt numeri ad sinistram notati, qui à XIX. progrediuntur. Et quamvis Paschalis cyclus lunaris & ipse sit; (neque enim alteri anno, quam lunari convenit) tamen hæc appellatio cycli istius præcipua est, quod ejus epactæ simplici, & æquabili methodo Neomenias, & atatem Lunæ in Kalendis exhibeant, ut postmodum explicabitur. Hinc est, quod Paulus Fofroemproniensis Petrum de Rivo editorem Computi non uno loco castigat, & acerrimè reprehendit, quod numeros illos, qui in Kalendaris vulgò perscribebantur, cycli lunaris proprios esse docuerat. Velut libro secundo Partis I. Paulinæ: *Quamobrem, inquit, admittimus sum septennero soliditatem hominis septius nominati, (Petri de Rivo) qui libello nuper impresso divulgavit, numeros illos in Romano Calendario annotatos esse numeros cycli lunaris, cum sint numeri cycli decemnovennalis.* Idem repetit lib. IV. & alibi sæpius. In Romanis Kalendaris, postquam Dionysius Exiguus Occidentalibus persuasit, ut Alexandrinorum cyclum in saltos suos admitterent, soli illi numeri, quos Paschalis, ac decemnovennalis cycli proprios esse diximus, exprimebantur. Lunares verò, redintegrata partium concordia, simul cum Latinorum fatione, & errore, paulatim obsoleverunt. quorum usus methodi solius gratià inter Computistas resedit; quam suo loco declarabimus. Horum numerorum eadem est propagatio, ac Paschali, sive Alexandrinorum; ut sequentes ab antecedentibus formantur, per additionem octonarii. Si quid peculiare est; id partim in superioribus proximè capitibus explicavimus; ubi de cyclo Julii Cæsaris, & Latinorum egimus; partim hic breviter observandum. & imprimis de Lunæ saltu disputandum; quòd ejus notatio ad numerorum seriem *λογιστῆς & Σπυδαιστικῆς* erudiam valde pertinet. Alexandrini quidem saltum Lunæ in aureo numero XIX, ultimo anno cycli sui posuerunt Mesforvi, qui respondet Julii XXX: ad quem diem numerum XIX. apponentes, lunationem in Julii XXXI. terminarunt. quæ cum Kalendis ipsis Julii cœperit, cava facta est, cum ex ordine plena esse debuisset. Eidem diei XXXI. Julii affixus est à Paulo Latinorum numerus XVI, ut perinde cava syzygia apud ipsos esset, sed ordinaria, inter plenas duas interjecta. Rursus cap. superiore demonstratum est, embolismum numeri XVI. in Junium competere, quem Paulus à Kal. Julii inchoavit. quod mirum est; cum hæc syzygia non plena sit, sed cava: embolimus verò mensis tricenarius apud illos fuerit. Ideo nos numerum XVI. non, ut Paulus, ad XXX, sed ad XXXI. Julii diem apposuimus. Et quamvis retineri in XXX. die hac ratione poterit, ut & embolismam lunationem, & eandem nihilominus cavam exciperet; adeo ut *ἰσχυρῆς*, sive saltus in embolimo mense committatur; tamen quòd saltus Lunæ alio mense, quam embolimo fieri soleat; quòdque propter saltum, cavæ duæ lunationes, aut etiam tres continentur, in Julio verò, etsi cavam ejus lunationem constituas, ordinaria sit plenarum & cavarum alternatio: iis de causis saltum Lunæ in Septembrem conficimus; cujus ad XXVI. diem adscriptus est aureus numerus Latinorum (qui à XXIV. Sept. annum ordiuntur) XVII: Romanorum autem, qui à Kalendis Jan. auspiciantur, numerus XVI. quo fit ut tres syzygiæ cavæ pertexantur; cum scilicet numerus XVI. ad Julii XXXI. appositus cavam lunationem ineat, & alia duæ perinde cavæ consequantur. quarum quæ in Septembri desit, plena quidem esse debebat; sed ob saltum Lunæ decurtata est. Quòd nisi numerum XVI. in XXXI. Julii collocemus, nullus in

toto

* Inscrit hic Petavins: ubi est numerus v. qui inchoat annum cycli Romani.

toto illo anno, qui embolimus est; mensis erit embolimus tricenarius, nec usquam, quod in eo negotio accidit, plena duæ continuabuntur.

CAPUT XVIII.

Aureorum numerorum dispositio in Calendario Romano Latinorum λογισμῶν ac μεθόδους demonstratur.

AUREI numeri universè sic in Calendariis ordinantur, ut minores quique proximè subjecti sint majoribus; majores vacuo intervallo à minoribus dirimantur. Hæc regula nonnullas habet exceptiones, eò pauciores, quò Lunæ saltus ad cycli finem magis accedit. plures autem, quò longius ab ultimo anno distat. Quibus porro de causis, & ubinam ordo ille turbetur, quoniam nihil temerè fit, certis è Canonibus συζητησῶν eruimus: quos supra cap. IX. complexi sumus: ubi & eorum usum in cyclo Paschali Romano demonstravimus. Nunc idem in lunari Romano præstabitur. In quo major est, quàm in Paschali, varietas, & anomalìa. Nam in Paschali, octodecim tantùm in locis ab æquali, & communi regula disceditur. In hoc verò, quinque & octoginta sunt exceptiones. Primum enim numeri XVIIII, XIX. per totum Kalendarium ἀμείων subjecti sunt minoribus IX, X, XI, quod sex & triginta locis fit. Deinde numerus XVI. post VIIII. in sex mensibus proximè scribitur; in Aprili, Junio, Septembri, Octobri, Novembri, Decembri. Item XIII. post V. in Augusto, & ultimo Septembris. Ad hæc VIII. in Januario, Martio, Maio, Junio, & Augusto solitarius, & à reliquis divulsus ponitur. In Aprili verò, Maii XXXI, Julio, Septembris, Octobri, Novembri, Decembri, à majori XIX. uno die separatur, & cum XVI. conjungitur.

Præterea numeri VI & VII. per totum Kalendarium utrimque à majoribus, interjecto spatio, coërcentur. Denique V. in Augusto, ac Septembri post XVI. ἡμέρας ponitur. In Octobri, Novembri, ac Decembri solitarius est. Colliguntur octoginta quinque in Kalendario loca, in quibus contra communem numerorum dispositionem committi videtur. quorum omnium è canonibus à nobis capite IX. consularis reddenda ratio est. Ad id verò repetendas est animo situs embolismorum, ut qui anni communes, qui embolismi sint discernatur; quod paulò antè satis explicavimus: tum saltus Lunæ sedes consideranda; quam in Septembris XXVII. posuimus. His animadvertis: imprimis tres ultimi numeri majores, XVII, XVIII, XIX, ubique post minores proximè collocantur, propter VI. primos canones, & duos ultimos, nempe nonum, ac decimum, qui saltui Lunæ sunt attributi. Exempli causâ: Januarius XXXI, numerus XIX. ἀμείων est post XI. quoniam si Octaëteris ab aureo numero XI. & Januarius incipiat, tres plenos intercalares habebit ex canone III. Cùm autem prima lunatio cava sit; utpote quæ in parem mensem Februarium desinat, ultima plena sit oportet ex Canone V. Igitur à Neomenia postremæ lunationis ad Neomeniam primam Octaëteridos, dies sunt XXIX, & sequens aureus numerus ἀμείων priori subjicietur, ut est in canone IX. Eadem ratio est in aliis mensibus; & numeris reliquis duobus XVII, & XVIII. Verbi gratiâ; in Martio numerus XVIII. ad XII. diem apponitur statim post X. Nam si Octaëteris incipiat ab XI. Martii, erit ex Can. IV. τελέωλον. Ultima lunatio plena est, ex Canone V. Itaque reliqui sunt XXIX. dies, & proximè erit sequens numerus post minorem, ex Canone IX. Octaëterides omnes, quæ ab iis numeris incunt, quibus majores isti proximi sunt, Lunæ saltum includunt. Numerus XVI. in Aprili tertio die proximus est ab VIII. Si enim Octaëteridos Neomenia prima in Aprili II. numero VIII. constituitur, erit δέωλον. ex Can. II. Nam inchoabitur post embolismum, qui in Martio contingit, & ante embolismum desinet, in anno XVI, cùm eo anno in Junio dumtaxat intercaletur. Est autem prima syzygia cava; adeoque ultima, ex canone VI. Ergo ex canone VIII. ἐπὶ τῆς ἡμέρας sunt XXVIII, & aureus numerus sequens proximè distabit. Iisdem ex canonibus & in Calendis Junii aureo numero VIII, qui ad ultimum Maii ponitur, proximè subditur. In Septembri porro XXVII. diem oblidet, proximè item ab

VIII. distans. Nam Octaëteris à XXVI. Sept. numero VIII. incunt ex τελέωλον. ex canone II. Eadem licet à cava incipiat, ejus postrema nihilominus est cava; quoniam saltus Lunæ Hendecaëteridem sequentem inchoat (est enim XXVII. Sept.) ex Canone V. Quo fit ut, ex Canone VII, numerus sequens ἀμείων excipiat. At idem XVI. in sequentibus mensibus ἀμείων itidem sequitur numerum VIII. quoniam Octaëterides omnes illa τελέωλον sunt, & sive à lunationibus plenis ordiantur, sive à cavis, adeoque sive XXVIII. dies residuos habeant, sive XXIX. numerus sequens proximè subditur, ex canone IX.

Jam numerus XIII. ideo in Augusto proximus est numero V, quòd Octaëteris ab Augusti Kal. numero V. inchoata, δέωλον. est ex canone II, quoniam quidem ab anno embolismo incipiens, post intercalationem in embolismum annum, ante intercalarem mensem, desinit. Proinde cùm cava sit prima syzygia, ultima quoque cava erit, ex canone VI. Superfluit igitur ab epocha postremæ lunationis ad epocham primæ, dies XXVIII, & numerus sequens ἀμείων erit. Eadem ratio est & in XXX. Septembris.

Jam verò VII, in Januario verbi gratiâ, vacuo intervallo diducitur à majore XIX. quia si Octaëteris à Kal. Jan. ineat, erit δέωλον. ex canone IV; pro eo quòd ultima Neomenia in anno embolismo sic incidit, ut embolismum antecedit. Est autem prima lunatio plena. Itaque ultima plena sit oportet, ex canone V; & XXVIII. dies superflui sunt, ac biduo sequens numerus distat ex canone VII. At cùm Octaëteris incipiat ab aureo numero XIX. Januarius XXXI, ea δέωλον. est; & prima lunatio cava est; postrema plena; quæ & dies XXVIII. residuos habet; & tunc proximè sequens numerus pertinetur. ex iisdem canonibus. Post Martium Octaëterides à XIX. incuntur sunt τελέωλον, ut quæ à XXXI. Martii incipit. Hujus prima lunatio cava est; ultima plena, ex canone V. Proinde ex canone VII. biduo sequens numerus distat. quod itidem & in Calendis Maii, Junio, & Augusto, iisdem de causis erent. In ultima verò Maii, & reliquis, quos supra recensimus, biduo quidem à XIX. remotus est, sed ei proximè coheret XVI. ejus causam paulò antè reddidimus. Nam ordinarius situs hic erat, ut ab eo major numerus biduo separaretur. Præterea numerus VI, & VII. perpetuò vacuis utrumque cellis clauduntur. Nam Octaëterides ab aureo numero XVII. ad VI. propagatae sunt, τελέωλον. ex canone III. quæ si à cavis lunationibus ordiantur, ut quando primæ lunationes earum in impares menses desinunt, ultimæ cavæ sunt. Sin primæ cavæ sunt; veluti quæ in imparibus terminantur, postremæ sunt plenz, ex canone V. utrobique verò sequens numerus biduo ab antecedente jungitur, juxta canon. VII. Sic numerus VII. eodem modo quo VI. utrumque dispefcitur, quoniam Octaëterides omnes à XVIII. incuntur sunt τελέωλον, ex canone I: reliqua ut in numero VI. Postremò numerus V. in Augusti Calendis ἡμέρας subjicitur numero XVI. Quippe Octaëteris quæ à XXX. Julii incipit, numero XVI, τελέωλον. est ex canone II. Igitur ex canonibus V. & VII. biduo ab illo summovebitur numerus V. Similiter & in Septembri accidit ob eosdem canones. Cur autem in nonnullis mensibus numerus XII. cum eo continetur, supra docuimus. Ita technicorum canonum nostrorum ad ordinandam numerorum structuram egregia in omnibus, ac constans est fides.

CAPUT XIX.

De cycli lunaris Romani primordio diversa sententia discussa, ostensumque à cyclo XIX. inchoari.

DUPLEX quæstionis est sententia. Nam aut annus quis in cyclo primus sit dubitatur; aut quis in Calendario Neomeniæ primæ sit attributus dies. Utraque pars propter diversa cycli & anni civilis apud Latinos initia, mirè est implicata. Nam Romani lunarem, de quo agimus, cyclum à Latinis mutuati sunt, quos à Septembris XXIV. die ἡμερῶν lunares, & epactas inchoasse proximè superius caput ostendit. Itaque non satis inter Computorum magistrōs, & artifices convenit. Omnis quidem varietas opinionum in annis duobus consistit. Etenim alii lunaris cycli

primum annum in aureo numero lunari i. constituunt; alii in XIX. Posterior pars auctores habet antiquissimos, scilicet principes, Dionysium, ac Bedam, & quod caput est, vetustiorum etiam Paschañum Lilybetanum in Epistola, quam ad Leonem Papam scripsit, cujus verba paulò post adscribam. priorem verò partem antiqui; partim recentiores alii complexi sunt. Quod Dionysius lunarem cyclum à numero XIX. inchoat, haud obscure demonstrat laterculum ejus capite X. supra descriptum; in quo cycli decemnovennalis annos cum annis lunaris cycli comparat. In eo verò quartum annum cycli decemnovennalis primum esse dicit cycli lunaris annum, quo quidem anno decimam quintam Paschalem, à quâ annus cycli decemnovennalis ordinetur, incidere docet in XVII. Kal. Maii, qui est XIV. Aprilis. Ergo Neomenia Paschalis illius anni convenit XXXI. Martii. Atqui ad eum ipsum diem adscriptus est aureus numerus III. cycli Paschalis, lunaris autem, XIX. Igitur numerus III. quarto anno cycli decemnovennalis, numerus verò XIX, primo anno cycli lunaris assignatur: atque adeo cyclus uterque ab aureo numero XIX. sui generis, ducit initium.

Clarius idipsum Beda confirmat, capite LIV. libri de nat. temporum. Ibi enim lunaris cycli primum annum, qui decemnovennalis cycli anno quarto respondet, inchoari scribit à Kal. Jan. & desinere in XIII. Kal. Jan. sive vicefimum Decembris. Igitur cycli lunaris annus primus aureum numerum XIX. sibi vindicari. Hic enim ad Kal. Jan. adscribitur. Ita lib. de Argum. Luna, col. 167, cyclum lunarem incipere, & desinere scribit in Kal. Jan. Alii primum annum cycli lunaris ordiuntur à numero lunari I. Ita Rabanus Maurus, Durantus, Paulus Forosempronienfis, Joannes Julingensis, Campanus, Petrus Pitatus, & alii; quorum singillatim testimonia complectar. Rabani quidem commentarium hæcenus non legi. Sed ejus verba Paulus Forosempron. lib. IV. describit ex libello de cyclis, cap. LXXIX, quibus ita præcipit: Si velis nosse, quanta fuerit Luna in Kal. Jan. verbi gratiâ anno lunari primo, qui est quartus cycli decemnovennalis, sume cyclum Lunæ primum, multiplica per XI. adde unum regularem; hoc est diem Kalendarum Januarias; sunt XII. Ergo anno primo cycli lunaris, sive Luna duodecima in Kal. Jan. Cyclum lunarem à lunatione, quæ in Januario desinit, inchoat Rabanus, cujus Neomenia cadit in XXI. Decembris, ad quam diem cycli decemnovennalis numerus III; lunaris verò XIX. appositus est. sed hic numero lunari I, ille decemnovennali IV. tribuitur. Quare uterque cyclus, est ejus sententia, à numero I. procedit. Durantus Mimatensis Episcopus lib. VIII. Ration. cap. XI. scribit aureum numerum III, qui ad Kalend. Januar. ponitur, esse tertium cycli decemnovennalis. capite verò XIII, lunarem cyclum à Januario dicit incipere, & quidem à quarto cycli decemnovennalis. Proinde cum IV, ante quarto cycli à Duranto tribuatur, cui numerus lunaris I. convenit, utriusque cycli principium in numero I. desiguit.

Paulus Forosempronienfis lib. II. capite de cyclo decemnovennali Christianorum, in eadem est sententia: cum cycli lunaris epactas percenset, ac primo anno epactas esse dicit XI; ideoque lunam in Kal. Jan. esse duodecimam. Deinde passim annum cycli decemnovennalis decimum nonum, in quo Lunæ saltus ab Alexandrinis, & Romanis, post Dionysium, collocatus est, lunaris cycli dicit esse XVI; annum verò cycli decemnovennalis octavum, esse lunaris quintum. unde Latinorum & Alexandrinorum in celebrando Paschate diffidia putat esse constata; quòd Alexandrinorum anni illi VIII, & XIX. embolismi; Latinorum autem iis respondentes VI, & XVI. communes essent.

Eadem planè Joannes Staeflerus habet Proposit. XXXIV, ac littera præferta XX, docet; anno primo cycli lunaris decimam quartam Paschalem Latinorum veterum lunari I. Aprilis. Hoc accidit corrente numero lunari I.

Joannes Campanus in computo majori, capite XXI, cyclum lunarem asserit tribus annis post decemnovennalem incipere à Januario, & ejus annum primum esse quartum cycli epactarum. Atqui primus annus cycli epactarum eodem auctore incipit à lunatione Septembris; quæ à XXVIII. Augusti mensis inchoatur: uti postea dicemus: corrente adhuc aureo numero decem-

novennali XIX, quatuor mensibus ante primum annum cycli decemnovennalis. Ergo quartus annus cycli epactarum incipit ab ea lunatione, cujus Neomenia convenit in Augusti XXV, corrente aureo numero decemnovennali III, usque ad Decembrem; lunari verò XIX. Quare annus quartus cycli decemnovennalis à lunatione Januarii sequentis inibit, unâ cum anno primo lunaris. atque adeo cycli utriusque primus annus aureum numerum habet I. Subscribit illorum sententia Petrus Pitatus cap. VI. Calendarii, ubi de diffidio Alexandrinorum, & Latinorum, deque annis amborum embolismis eadem, quæ Paulus, ac Staeflerus, observat.

Cum his Beda ipse aliis in locis, quàm qui à nobis in contrariam partem citatus est, facere videtur. Etenim in Circulis Dionysianis, ac suis, in versu quinto lunarem cyclum adnotat. in eo verò primus annus numero I, præditus est. Nam anno primo cycli lunaris imputat annum Christi tertium, quò decima quarta Paschalis incurrit in IV. Non. Apr. unde Neomenia convenit Martii XX, ad quem diem appositus est numerus cycli decemnovennalis IV, lunaris verò I. Sic in lib. de Argum. Luna cum cycli lunaris inveniendi methodum præscribit, ut de annorum Christi numero detractis duobus, reliquum per XIX. partiamur, eandem opinionem amplectitur. Nam cùm cyclus decemnovennalis uno anno Dionysianam æram antecedit, idem est de hæc duos annos auferre, ac de cyclo, tres. Quare ex hac methodo cycli lunaris annus primus aureum numerum lunarem habet I, & ita reliqui sine ulla varietate suis numeris respondent. Non dubium est ex iis, alisque Bedæ locis, quin, contra ac capite illo LIV. libri de rat. temp. docuerat, primo cycli lunaris anno numerum I. tribuat. quemadmodum in cyclo decemnovennali, cùm tam ipse quàm Dionysius, primum annum in numero XIX. constituisent, alias in I. prudentes an imprudentes collocarunt, ut suo loco declaravimus. Nam & Dionysius perinde in lunari cyclo sententiam mutavit, si in Circulis suis lunarem cyclum ita, ut à Beda descriptus est, inseruit.

Verùm cùm à Januariis Calendis Romanus annus incipiat, consultus videtur, ab eodem initio lunaris cycli primordia repetere. Est enim nature, ac rationi consentaneum, à civili anni principio, quoad licet à lunares epilogismos ducere. quòd in Gregoriana forma meritò servatur, ut Clavius noster ostendit. ut ea videlicet cycli totius Neomenia prima censetur, quæ in Calendas, & epactam XXX. incurrit: aut si nulla toto illo cyclo Neomenia Calendas Jan. occupet, ea certè sumatur, quæ proximè præcedit: hoc est quæ Decemb. XXXI, aureo numero I. initium habet. Accedit embolismorum progressio, quam supra demonstravimus, quæ per epactas, & regulares ordinatur. Cùm igitur ostensum fuerit, embolismos annos cycli totius lunaris esse III, VI, IX, XI, XIV, XVII, XIX; intercalatur autem numeris istis currentibus à Januario, II, V, VIII, X, XI, XVI, XVII, qui in cyclo tertium, sextum, nonum, &c. locum obtinent à numero XIX; consequens est, aureum numerum XIX. cyclum lunarem ducere. Alexandrini quidem cycli caput pridie Neomeniæ Thoth collocarunt, quoniam primo ipso die nullus erat numerus aureus. cui si appositus esset aliquis, proculdubio cyclum inde suum auspiciati fuissent.

CAPUT XX.

Resellitur quorundam opinio, qui numeros aureos in Calendario descriptos cycli lunaris Romani proprios esse crediderunt.

Hic ego prætermittere non possum quod de cycli lunaris apud veteres initio, nonnullis persuasissimum esse cognovi. Negabant illi cyclum lunarem Latinorum, ac Romanorum aliunde quàm ab aureo numero III. inire. tum ita sentiebant; aureos illos numeros, qui in Calendario notati ab numero III, ad Kalend. Jan. apposito continua octonarii cumulatione procedunt, aureos esse numeros cycli lunaris, non decemnovennalis. Quæ duo omnium, qui hæcenus fuerunt, Computistarum scriptis ac testimoniis constantissimè reselluntur. Imprimis enim constat duos ab illis cyclos, quorum quidem numeri in Calendariis prescribentur,

bebantur, consitui solere; decemnovennales utroque: sed quorum tamen alter communem sibi appellationem propriam faciat, ac decemnovennalis vocetur; alter vero lunaris tamen & ille quoque lunaris sit, nec minus Neomenias lunares in iis, quibus est adscriptus, diebus ostendat. Testatur hoc Dionysius Epist. 1. ad Bonifacium, in qua laterculum cycli decemnovennalis cum lunari compositi descripsit. quod supra proposuimus. itemque Beda cap. 114. libri de rat. temp. tum ceteri quos paullo ante citavimus; qui duplex istud cycli genus adstruunt. Præterea non minus hoc postulati vim & aequitatem habet: Numeros aureos, qui in Calendariis nostris ad annum usque MDLXXXII. adscribi solebant; quique à III. progrediebantur ad Kal. Jan. appositus, ad cyclum decemnovennalem, sive Paschalem, non ad lunarem pertinere: hoc est; qui in cyclo Paschali ad Neomenias, decimamque quartas Paschales investigandas utebantur, quem ab Alexandrinis acceptum Dionysius Exiguus Romam transportavit, eos cyclum numeris istis ab Alexandrinis traditis in Calendario designasse; cum eo tamen, ut à plerisque primus annus cycli aureo numero XIX. tribueretur, siquæ à Paschali mense, & Aprilis primordium caperet; id quod supra declaravimus. Numeros vero cycli lunaris proprios ante Dionysium quidem; ac receptam ab Occidentalibus Alexandrinorum methodum, Latini in Calendario describebant; maxime post Victorinum. postea vero defuit numeri isti, ac paulatim obsolescentes, penes solos computi magistros methodi, & artificii gratia remanserunt: sic ut soli Paschalis cycli numeri in Calendariis exprimerentur, à quibus lunares ternario distant. Cum enim numerus aureus III. in cursu est, qui ad Jan. Cal. apponitur, lunaris cycli numerus procedit XIX. Hæc quæ diximus ex iis, quæ hætenus disputata sunt, evidentissima sunt, & Computistarum omnium, quorum auctoritatem atulimus, testimoniis innituntur. qui quidem, nemine dissentiente, numeros illos à ternario propagatos, & à Jan. Cal. progressos, qui vulgò in Calendariis exscribebantur, cycli lunaris proprios esse negant; sed Paschali decemnovennali, quem ab illo discernunt, attribuant. Et quamvis quidam ex illis initium cycli ab aureo numero XIX. alii ab I. deducant; nullus tamen de auctorum numerorum descriptione aliter existimat, quam ad Cal. verbi gratia, Januarias adscribi numerum cycli decemnovennalis III.; lunaris autem XIX. Sed quæ sit illorum sententia, comprehensis breviter singulorum auctoritatibus, præstat ostendere.

Paschali-
ni locus
eximus.

Quo in genere perillustri est locus ex Epistola Paschali Lilybetani Episcopi, in Epistola, quam ad S. Leonem scripsit anno Christi CCCXLI. de Paschate anni CCCXLIV. ab illo consultus. ubi Romanorum cyclum lunarem à numero XIX. inchoari significat. Comparat enim ambos inter se cyclos, Alexandrinorum, & Romanorum. tum illorum cyclum ab eo anno dicit incipere, cui numerus decemnovennalis I. tribuitur; Romanorum vero ab anno, cui decemnovennalis III. congruit. Verba Paschali. Nam cum Romana supputatio, quæ cyclo concluditur, cuius ipse, de quo agitur, erit sexagesimus quartus annus, qui cyclus caput à Consulatui Antonii, & Sigræii, nobis dubietatem afferret; eo quod VII. Cal. Apr. die, dies Dominica, & Luna vicissima prima incideret, & iterum IX. Cal. Maiarum die, (ut rei veritas habet) Dominica dies, & Luna decima nona obveniret; in hoc ambiguo fluctuantes, ad Hebræorum, hoc est legalem supputationem, nos convertimus: quæ cum à Romanis ignoratur, facile errorem incurrit. Caput ergo octavo à Consulatui virorum clarissimorum Aetii iterum, & Sigefuldii, quæ clauditur anno, de quo questio videtur exorta. Hinc apparet cyclum Alexandrinum, quem Hebræorum supputationi; id est accuratis Lunæ rationibus respondere dicit; ab aureo numero I. ex Paschali inchoari sententia. Si quidem annus qui Coss. habuit Aetium & Sigefuldum, estque Christi CCCXXXVI. numerum aureum habuit I. ab eo vero primus annus cycli, & octogodis inuit. At Consulatui Antonii, & Sigræii cadit in annum Christi CCLXXXII. quo numerus aureus decemnovennalis cycli curtebat III. Quare cum Romanorum cyclus lunaris ternario minor sit decemnovennali cyclo, respondebat illi numero XIX. cycli lunaris Romani. Proinde cum ab hoc anno Romani, antequam decemnovennalem cyclum à Dionysio, &

rii progressionem formatur, & contrario vero numerus XIX. ad Kal. Jan. pertinet ad cyclum lunarem; cum ab illo continua progressionem deductus XIX. in XXI. Decembris lacurrat.

Durantur Mimantensis, qui ante CCXI. annos floruit, libro VIII. Rationalis, cap. XI. scribit aureum numerum III. qui ad Kal. Jan. ponitur, esse tertium numerum cycli decemnovennalis; nec ibi alium numerum collocandum esse, quam ternarium; quia in nullo anno Kalendis Januariis Luna est prima, nisi in tertio anno cycli decemnovennalis. Item capite XIII. duplicem cyclum, quo Neomenia designantur, alterum decemnovennalem vocat, alterum lunarem; & hunc à Januario incipere dicit; & quidem à quarto anno cycli decemnovennalis. quæ sunt Dionysii, ac Bedæ doctrinæ contententia. Sed quia processu temporis, inquit, hæc inventio falsificata est, nihil operamur secundum hunc cyclum. Quibus verbis id, quod supra dictum est, confirmat, cyclum lunarem observasse, quod sit ut numeri illi qui in Calendario ad Gregorium usque XIII. descripti sunt, non lunaris cycli, sed decemnovennalis Paschalis habendi sint.

Paulus Forosempronienis omnium, qui de Computistica methodo scripserunt, luculentissime, apertissimeque id expressit. Nam Calendarium Romanum lib. IV. Paulina tradidit; in quo cyclos duos apposuit; alterum lunarem; decemnovennalem alterum. Lunaris ad Kalend. Januar. numerum habet XXIX; decemnovennalis numerum III. Præterea libro II. & IV. Petrum de Rivo acrius perstringit, & stolidum etiam appellat, quod scripserit, numeros illos in Calendario adnotatos, esse numeros cycli lunaris, cum sint numeri cycli decemnovennalis.

Joannes Stœcherus in Calendario, Propos. XXXIV. cyclum utrumque primò separatim; deinde conjunctim in mensibus aliquot edidit. In Martio vero, perinde ut Januario, cyclum Latinorum ad Kalendas apposuit XIX; decemnovennalem autem Paschalem, III. Idem & Petrus Pitatus instituit capite VI. Canon. Paschali. Campanus denique capite XXI. Computi majoris, cyclum lunarem tribus annis post cyclum decemnovennalem ait incipere. At idem decemnovennalem cyclum eum esse docet, qui aureum numerum III. ad Kalend. Jan. habet adscriptum. Præterea scribit cyclum lunarem intercidisse, eoque rejecto, decemnovennalem cum aureis suis numeris in Calendario describi. Planum est itaque ex omnium Computistarum sententia numeros aureos, qui in Calendariis ad annum usque MDLXXXII. expressi sunt, non lunaris cycli Romani, sed decemnovennalis proprios habitos fuisse: ac demum lunarem cyclum non ab aureo numero III.; quod illi, quos diximus, existimabant; sed ab aureo numero lunari XIX, qui deinceps aegre fuit, initium duxisse.

CAPUT XXI.

Disputatur embolismorum annorum in cyclo lunari Romano series.

EST de embolismorum in hoc cyclo propagatione jam supra cap. I. verba fecimus, ut quibus annis, ac mensibus incident planè jam constitutum fuerit; quædam tamen ad idem negotium observanda veniunt, quibus illustrari superiora, ac perpoliri queant. Igitur Beda cap. 114. libri de ratione temporum cycli lunaris cum decemnovennali comparati diagramma proposuit, Dionysium imitatus, qui decemnovennalem cum lunari composuerat. quod quidem adscribendum hoc loco videtur.

Anno lunari primo, decemnovennali quarto, à Kalend. Januar. usque in XII. Kalendas Januarias, quia communis est, sunt dies CCLXIII.

Anno lunari secundo, decemnovennali v, à XII. Kalendas Januarias, usque v. Idus Decembris, quia communis est, sunt dies CCLIV.

Anno lunari III, decemnovennali VI, à IV. Idus Decembris, usque in v. Kalendas Januarias, quia embolismus est, sunt dies CCLXXXIV.

Anno lunari IV, decemnovennali VII, à IV. Kalendas Januarias, usque in XVI. Kalendas Januarias, quia communis est, sunt dies CCLIV.

Paris L

Anno lunari V, decemnovennali VIII, à XV. Kalendas Januarias, usque in VIII. Idus Decembris, quia communis est, sunt dies CCLIV.

Anno lunari VI, decemnovennali IX, à VII. Idus Decembris, usque in VIII. Kalendas Januarias, quia embolismus est, sunt dies CCLXXXIV.

Anno lunari VII, decemnovennali X, à VII. Kalendas Januarias, usque in XIX. Kalendas Januarias, quia communis est, sunt dies CCLIV.

Anno lunari VIII, decemnovennali XI, à XVIII. Kalendas Januarias usque in IV. Nonas Januarias, quia embolismus est, sunt dies CCLXXXIV.

Anno lunari IX, decemnovennali XII, à III. Nonas Januarias, usque in XI. Kalendas Januarias, quia communis est, sunt dies CCLIV.

Anno lunari X, decemnovennali XIII, à X. Kalendas Januarias, usque in III. Idus Decembris, quia communis est, sunt dies CCLIV.

Anno lunari XI, decemnovennali XIV, à II. Idus Decembris, usque in III. Kalendas Januarias, quia embolismus est, sunt dies CCLXXXIV.

Anno lunari XII, decemnovennali XV, à II. Kalendas Januarias, usque in XIV. Kalendas Januarias, quia communis est, sunt dies CCLIV.

Anno lunari XIII, decemnovennali XVI, à XIII. Kalendas Januarias, usque in VI. Idus Decembris, quia communis est, sunt dies CCLIV.

Anno lunari XIV, decemnovennali XVII, à V. Idus Decembris, usque in VI. Kalendas Januarias, quia embolismus est, sunt dies CCLXXXIV.

Anno lunari XV, decemnovennali XVIII, à V. Kalendas Januarias, usque in XVII. Kalendas Januarias, quia communis est, sunt dies CCLIV.

Anno lunari XVI, decemnovennali XIX, à XVI. Kalendas Januarias, usque in nonas Decembris, quia communis est, sunt dies CCLIV.

Anno lunari XVII, decemnovennali I, à Nonis Decembris, usque in X. Kalendas Januarias, quia embolismus est, sunt dies CCLXXXIV.

Anno lunari XVIII, decemnovennali II, à IX. Kalendas Januarias, usque in II. Idus Decembris, quia communis est, sunt dies CCLIV.

Anno lunari XIX, decemnovennali III, à Idibus Decembris, usque in II. Kalendas Januarias, quia embolismus est, sunt dies CCLXXXIV.

Hoc in laterculo embolismi anni sunt in cycli quidem III, VI, VIII, XI, XIV, XVII, XIX. Sed auri numeri unitate minores sunt II, V, VII, X, XIII, XVI, XVIII. Quippe, cum ab aureo numero XIX. capite illo cyclum ordiatur. Nos cap. I. uno in anno dissentimus ab hac Bedæ descriptione. nam anno cycli IX, aureo numero VIII, embolismus fieri decrevimus in cyclo lunari Romano: quod & verius esse, non solum illa demonstrant, quæ cap. I. ad eam rem explicata sunt; sed etiam, quod illa Bedæ ratio Computistica methodi generalem regulam evertit, qua definitur ei mensi, velut propriam, adscribi lunationem, quæ in illo terminatur. ex qua sequitur, eam primam esse lunationem alicujus anni, quæ in mense primo definit. Atqui Beda ultimam anni octavi syzygiam in quarto Nonas Januarii definit; annum vero nonum à III. Non. incipit; cum tamen secunda hæc sit, non prima lunatio. Deinde nullas in numerum VII. embolismus mensis incurrit. Hoc enim ei numero, in quem intercalatio convenit, accidere debet, ut in illo plenæ duæ syzygiæ, ac triennaria continuantur. quod in toto contextu cycli lunaris iis tantum numeris congruit, quibus intercalares menses assignavimus; videlicet II, V, VIII, X, XIII, XVI, XVIII. Nonus igitur annus cycli aureo numero VIII. embolismus continet.

Paulus Forosempronienis Episcopus lib. II. cycli lunaris Romani seriem istiusmodi describit, ut, cum ab aureo numero I. procedat, embolismi isti sint, III, VI, VIII, XI, XIV, XVII, & XIX. Ita pares annis cycli singulorum numeros facit. Epactas porro anno primo, XI; secundo XVII; & ita deinceps per undenarii incrementa constituit. Huic Pauli assertioni congruunt, quæ vulgò à Computorum artificibus jactantur, annum V, & XVI. cycli lunaris Latini communes, non intercalares fuisse. Hinc enim Alexandrinorum, & Latinorum; postea vero Catholicorum & Schismaticorum dissidia mansisse putant, quæ in Paschatis observatione

Vv

gravif.

gravissima per Occidentem; & diuturna vigerunt: quod Catholici annos duos cycli decemnovennalis embolimaos haberent, VIII, & XIX. Latini verò, duos iisdem in cyclo suo respondententes, V, & XVI, communes facerent. Tum enim Pascha Latinorum, in Martio; Catholicorum in Aprili contigit. Quam quidem disensionem brevi utriusque cycli tabella Paulus Forosempronienfis libro IV, Joannes Justingenfis Proposit. xxxv, Petrus Pitatus, cap. VI. Kalendarii, & post illos omnes Scalliger lib. II. de Emend. pag. 150. describunt: quæ est ejusmodi.

Tabella cycli utriusque decemnovennalis, & Lunarum Latinorum.

Aurei numeri cycli decemnovennalis	Aurei numeri Lunarum
I	E XVII
II	XVIII
E III	E XIX
IV	I
V	II
E VI	E III
VII	IV
E VIII	V
IX	E VI
X	VII
E XI	E VIII
XII	IX
XIII	X
E XIV	E XI
XV	XII
XVI	XIII
E XVII	E XIV
XVIII	XV
E XIX	XVI

Ex hoc Laterculo constat annos fuisse duos, qui à Latinis communes, ab Alexandrinis embolimaos facti sunt, VIII. videlicet, ac XIX. in cyclo decemnovennali: vicissim autem duos in Latino embolimaos fuisse, qui in Alexandrino communes essent, VI, & XVI. Lunarum cycli, quibus decemnovennalis cycli numeri respondent IX, & I. Sed in prioribus dumtaxat annis orta disensio est: quoniam in his solis, primus mensis dispar erat: sic ut Latini in Adar Alexandrinorum; Alexandrini in Iar Latinorum, Pascha peragerent. Etenim aureo numero cycli Alexandrini corrente VIII, Neomenia primi mensis Latinorum accidebat Martii VI; Alexandrinorum verò, Aprilis V. aureo item numero decemnovennali XIX. Neomenia primi mensis à Latinis in V. Martii; ab Alexandrinis IV. Aprilis constituta fuit. In aliis duobus annis, etsi embolimorum ratione discrepant, idem tamen utrobique primus mensis existit; ut ex Kalendario licet animadvertere, quod utroque cyclo præditum ad hanc præstrendam doctrinam supra descripsimus.

Cum hæc omnium illorum, quos supra nominavi, ac ceterorum vulgò sententia est; tum eandem fragmentum illud, quod nomine Cyrilli in membranis Sirmundianis habetur, & à Beda citatur, comprobatur in anno XIX, quem ab Alexandrinis, embolimaum, à Latinis, communem celebrari docet. Sed ex his, quæ nos superioribus capitibus de cyclo lunari Latinorum, Romanorumque differimus, perspicuum est, annos illos cycli Lunarum, qui numeris V, ac XVI, aureis numeris de-

cemnovennalis cycli VIII, & XIX. respondentibus præditi sunt, embolimaos fuisse. Nam numero Lunarum cycli V. corrente, intercalaris mensis Neomenia Julii II. committebatur. aureo verò numero XIX, Decembris II: ac tum plene due continuabantur. Hoc enim embolimus omnis mensis extra ordinem inferus efficere debet, ut, cum plenus ipse sit, pleno alteri, vel *diutius* subiciatur, vel eum antecedit. quam embolimorum mensium regulam iidem illi, quos proxime commemoravi, Scriptores proferunt; nec aliter nationes illas omnes, quæ cyclo aliquo lunari, & intercalatione usæ sunt, instituisse, extra controversiam est; Judæos imprimis, & Alexandrinos, ac Romanos. Quò magis admiror, id auctores istos tam constanter asseverare, quod ex illo ipso canone, nec non ex aliis eorumdem decretis, ac cyclorum & Kalendariorum descriptione, quam velut à Latinis, & Romanis receptam in commentariis retulerunt, falsum esse vincitur. Repetatur obsecro Kalendarium Latinum & Romanum, quod partim superiori capite, partim hoc ipso, ex Paulo, Justingenfi, aliisque tradidimus: ac numerorum cycli Lunarum in illo contextum, ordinemque scrutemur. reperiemus in his solis numeris binas continuari syzygias plenas, II, V, VIII, X, XIII, XVI, XVII. in reliquis perpetuum esse plenarum, & eorum alternationem. quæ res argumento est, in illis solis intercalari: siquidem ibi, ubi intercalatur, plene due continuantur. Quocirca quod ab illis sapius usurpatur; quòdque fragmentum illud Cyrilli nomine in manuscripto codice inscriptum; quod in fine Operis subjecimus, ostendit annos illos, quibus decemnovennalis cycli numeri VIII, & XIX. currunt, ab Alexandrinis, & Catholicis embolimaos; à Latinis communes esse factos, verum non est, si absolute dicatur. Nam utrobique revera iisdem annis intercalatum fuit. sed eo sensu ferri potest, ut non eodem mense, ac sub idem tempus ambo intercalasse dicantur. Unde quem mensem Alexandrini, & post Dionysium Romani, decimum tertium numerabant, eum Latini Paschalem habebant. Neque enim ibi, sed in aliis mensibus intercalabant, cyclo VIII, & XIX.

LIB. VI. PARS ALTERA.

De methodo Lunæ ac Solis.

CAPUT XXII.

De epactis Lunaribus.

EPACTÆ lunares, dies sunt superflui, qui de civilibus mensibus, vel annis, supra integras syzygias excurrunt. Ad epactas itaque necesse est duplicem annum ac mensem usurpari; ita ut unus cum altero comparatur. Nam quod de majore post minorem evolutum superest, id epactarum vocabulo censetur. Porro ex superfluis singulorum mensium diebus, hoc est epactis, annorum epactæ consurgunt. Nam cum syzygiæ singulæ civiles menses exquire nequeant, quod ex his restat, epacta mensis insequentis dicitur. Id deinde reliquorum mensium superfluis diebus auctum in epactas anni insequentis asurgit, quæ ultimo mense colliguntur. Hinc apparet tam mensium, quam annorum epactas anteriores esse mensibus, annisve, quibus attribuantur. Quare anno primo nulla, ut Durantus Mimatensis ait, epactæ sunt: quia nullus primo anno prior est; cuius superflui dies imputentur. annus secundus pro epactis habet superfluos anni præcedentes dies: & ita tertius anni secundi reliquos; ac deinceps epactæ singulorum ex antecedentium residuo capiuntur. Manifesta verò est inde origo nominis, & ratio. siquidem epactæ vocantur, quod ad Lunæ, ut Computistæ loquuntur, ætatem obtinendam *in præterita*, id est ad *præteritæ* mensis adduntur.

Duo sunt autem ad epactarum incrementa præcipue spectanda: alterum civilis anni caput; alterum anni modus. Ex posteriore quantitas epactarum; è priore, epacta definitur, qui est limes superfluum dierum, ultra quem evagari prohibentur: sive primus dies cycli totius, à quo Neomenia prima incipit, ad cùmque revertitur. Quod in Alexandrinorum cyclo & Kalendario primum experiemur. Nam ab eo fonte nostræ, id est Romana methodus originem duxit. Igitur prima cycli decemnovennalis Neomenia in ultimam

id est pridie Kalend. Thoth incurrit. Hic epactarum cardo constitutus est. quot enim diebus Neomenia syzygiæ illius, quæ in Thoth definit, ultimam antecedit anni Alexandrini, sive vicepsimam octavam Augusti; tot diebus epactæ constant. Anno itaque primo epactæ sunt 0, id est nulla, quia Neomenia ab epacta ipsa progreditur. Anno secundo, Neomenia in XXIV. Mefori cadit, qui est Augusti XVII. Quoniam ergo dies iste undecimus est ante ultimam *in præterita*, ideo secundus annus epactas habet XI. Anno tertio Neomenia prima in Mefori XIII, Augusti VI, vicepsimo secundo die ante ultimam. totidem erunt epactæ. Anno quarto cum jam XXXIII. superflui collecti sunt dies demptis XXX, residui sunt tres. Nam Neomenia prima triduo ante ultimam *in præterita* incipit. Annus itaque quartus epactas habet XII; atque ita deinceps: donec anno ultimo, id est, decimo nono corrente, syzygia postrema, quæ à Mefori sexto die, * Augusti vero XXX. cœperat, proximè ante epocham definit, ac Neomenia pristina sedem recuperet. Sic igitur epactæ XIX. totidem decemnovennalis cycli annis imputantur.

Epactarum Tabula.

Anni.	Epactæ.
1	0
2	XI
3	XXII
4	III
5	XIV
6	XXV
7	VI
8	XVII
9	XXVIII
10	IX
11	XX
12	I
13	XII
14	XXIII
15	IV
16	XV
17	XXVI
18	VII
19	XVIII

Romani postquam, auctore Dionysio, methodum Alexandrinorum amplexi sunt, unâ & epactas tenuerunt: iidemque primo anno epactas nullas, secundo XI, tertio XXI, reliquis totidem quot in Tabella descripsimus, assignarunt. Testantur hoc circuli ipsi Dionysiani à Beda descripti; in quibus ad annos Christi epactarum versus applicantur. Anno itaque qui proximè primùm *in præterita* Dionysiana præcedit, epactas tribuit nullas: anno primo Christi, XI. Atqui primus annus cycli Dionysiani, qui æram ipsam antecedit, numero est aureo præditus I, primus autem Christi est, numero II. Jam nos illud observavimus, primum annum cycli alteri in Kalendario, atque extra Kalendarium in numerandis annis à Dionysio, ac Beda constitui. Nam primus annus in Kalendario est

Paris I.

ille, qui ab aureo numero XIX. incipit, quando primæ mensis Neomenia IV. Aprilis init: usi autem humerandi, & extra Kalendarium, aureus numerus I. cycli perinde Paschalis primus est, cum Neomenia XXI. Martii incipit. Quare cum de epactis, annoque primo cycli deinceps incidet sermo, eum ab aureo numero I. deducemus. Quod igitur primus cycli annus epactas habeat 0, sive nullas, non illo tantum loco Beda confirmat, sed alibi passim, ubi epactarum meminit. Sic in appendice circulatorum, quæ inscribitur: *Canonum Lunarum decemnovennalium circulatorum*, pag. 321: epactarum investigandorum hanc rationem præscribit, ut de annis cycli decemnovennalis unum detrahas; reliquum per undecim multiplices; postea verò per triginta partiare: quod reliquum est, erit epacta. Unde constat, epactas esse dies superfluos ab anno lunari antecedente relictos.

Item libro de Argum. Lunæ pag. 147, primo decemnovennalis circuli anno epactas dicit esse nullas; secundo, XI, & ita deinceps. Idem ex Ephemeride, pag. 173. docet, & alibi passim. Dionysio, ac Bedæ suffragantur alii ut lib. VII, cap. IX. Durantus, qui, ut supra meminimus, anno primo cycli decemnovennalis epactas nullas esse describit. Tum Paulus Forosempronienfis lib. VI. Partis I. Campanus quoque cap. XXI. Computi majoris idem perspicue demonstrat. Atque illi quidem auctores non solum de cyclo decemnovennali, seu Paschali, loquuntur; sed etiam cum anno primo cycli nullas epactas imputari dicunt, primum illum constituunt, qui aureo numero I. præditus est. Hoc enim ex Bedæ circulis, & ex aliis locis, ubi an. primi exempla proponit, citra dubitationem colligitur.

Durantus quoque lib. VIII. cap. XI. primum cycli autum intelligere se declarat, qui aureo numero I. est affectus. Nec aliter Paulus Forosempron. & Campanus sentiunt, uti suo loco, cum de initio cycli decemnovennalis actum est, ostendimus. Hæc dixerim, adversus Petri Pitati Veronenfis falsam opinionem, qui capite VI. Canonum Paschaliæ, Durantus, & alios omnes, qui anno primo cycli decemnovennalis epactas esse nullas asserunt, de annis cycli, non de numeris aureis intelligendos putat. Sic enim istud exponit: cyclum decemnovennalem ab aureo numero XIX. inchoari. eo verò corrente, epactas esse XXIX, sive nullas: aureo verò numero I, epactas XI; aureo numero II, epactas XXII. Sed nihil apertius est, quam & Bedam ipsum, & verò Durantus, cyclo primo, & aureo itidem numero primo epactas assignare nullas, sive XXIX, aut XXX, de quo postea. Sane Durantus capite IX. libri VIII, anni MDCXXXVI. exemplum adfert, quo cycli decimum quartum annum esse docet, cum à Natali, aut Januarii Kalendis annum auspicamur. At est eodem anno numerus aureus XIV. Igitur primus annus cycli est aureus numerus I. Vide capita X, & XI. sequentia. Falsus est itaque Pitatus; & palam est auctores illos, quos demonstravi, aureo numero I. labente, epactas esse nullas asserere. Quod alio insuper argumento persuaderi potest. Tradunt Computistæ epactam anni, ætatem esse Lunæ in XI. Kal. Computistæ epactam anni, ætatem esse Lunæ in XI. Kal. Aprilis; hoc est quota illo die Luna quolibet anno numeratur, totidem epactas putari. Ita Beda lib. de rat. temp. cap. XLVII. Sumatur jam aureus numerus I, qui ad X. Kal. Apr. sive XXIII. Martii est appositus. Eo labente, Luna in XXI. Martii est tricesima, sive nulla. Proinde aureo numero I. epacta nulla tribuitur. maxime cum Pitatus loco citato, ei, quod nos supra docuimus, assentiatur, epactas dies esse residuos ex anno antecedente.

Sed illud merito queri potest, cum epactas nullas dicimus, utrum XXX, an XXXIX. dies intelligamus. Nam Computistarum alii XXX, alii XXXIX. concipiunt. Beda quidem lib. de Argum. Lunæ, col. 166, triginta dies ultimi anni epactis attribuit. Scribit enim in fine anni XIX. haberi epactas XVII, & † additis XII, fieri XXXIX. tum addito saltu lunari, fieri XXX. Idem scribit Campanus cap. XXI. At Pitatus XXXIX. tantummodo dies putat. Mihi non multum in veteri Kalendario interfuisse videtur, utrum XXX, an XXXIX. dies definiantur; cum utrobique absoluta intelligatur esse lunatio. Illud quidem fortassis animadvertendum; unde annus incipiat; tum quæ proximè initium illius lunatio præcedat. Etenim Alexandrinorum epactæ in anno primo cycli merito XXXIX. fuerint; quoniam ultima lunatio Mefori sexto iniens cava

V. V. 2

fuit.

* Emendavit in ora Codicis sui Petrus: Julii.

† Emendavit Petrus: additis XI.

fuit. At Romanis, si quidem à Mar. xxiii. aureo numero 1, annus cycli primus inierit, epactæ xxx. fuere, quoniam antecedens lunatio tricenaria, & Luna itidem xxiii. Martii tricesima fuit. Quòd si ab Apr. iv. & aureo numero xix. cyclus inuit, non minus epactæ xxx. fuerunt anno 1: sed aureus tum numerus erat xix, non 1. Atque hac sanè ratione verum est, quod ex Beda, & Campano paullo antè dicebamus, epactas xxx. anni xix, ex xxix. diebus, & uno ob saltum addito confici. Nam in embolismo anni xix, versura fit unius diei, qui Julio mense per saltum eximitur. Idem valet, si à Kal. Jan. & aureo numero 111. cyclum ordiamur. Sed communis illa computistiarum, uti dictum est, opinio fuit, aureo numero corrente 1, epactas esse nullas; aureo verò numero xix, epactas xviii. nimirum quòd epactæ dies illi conferentur, qui proximè Martii vicessimum tertium, & aureum numerum 1. antecederent. Nam auro numero xix. Luna Martii xxiii, est octava decima.

CAPUT XXIII.

De altera & vulgari epactarum ratione.

HUIC ex Computistiarum auctoritate veterum constituta à nobis epactarum ordinationi, subicienda est altera, quæ epactas cycli decemnovennalis aliter instituit. Primo enim anno, aureoque numero 1. nonnulli tribuunt xi; secundo, xxii; tertio 111, & sic deinceps epactas ita formant, ut ad aureum numerum, decem, viginti, aut triginta, prout annus postulat, adjungant quæ est vulgari epactarum propagatio. Eam verò Kalendarii Romani methodus imprimis adfiscit, quæ vulgatis Breviariis, ac Missalibus præfigi solebat; tum quæ in Canonibus Kalendarii Gregoriani, quos Clavius ante Kalendarium suum edidit, Canone 11, legitur. Ibi enim aureo numero 1. respondent epactæ xi; & xix, respondent xxix. Eadem est Joannis Staesleri sententia Propof. xxxiv, & Petri Pitati, ut supra demonstravimus; quàm & Græci sequuntur, ut Maximus in Computo, Chronicon Alexandrinum Isaac Argyrus. Scaliger denique non aliam epactarum seriem agnoscit, velut libro vii. hujus Operis, pag. 733. Denique pauci hodie sunt, qui cum de cyclo decemnovennali Nicæno loquantur, aliam epactarum seriem agnoscant. Hanc & Mariana libro de die mortis Christi, dum cyclos Paschales ab anno primo Christi describit, non aliam epactarum genus adhibuit. Quo nomine perperam à Jurisconsulto reprehensus est in Notis ad Canones Ecclesiæ Africanæ, ad Epistolam Cyrilli, in qua anni cccxxx. Pascha in xviii. Aprilis indicit. Cum igitur anno illo Christi cccxxx. Mariana epactas 111. adnotasset, adhibuit Jurisconsultus in consilium virum quendam harum rerum peritissimum; à quo didicisse se refert, non epactas 111. anno isto, sed nullas, hoc est xxix, vel xxx, fuisse. Nimirum adeò peritus fuit ille vir, qui de epactis Jurisconsulto respondit, ut inter Tropicas, & Nicenas epactas nesciret distinguere. Nam Tropica quidem epactæ sæculo illo fuerint nullæ, hoc est xxx. in anno Gregoriano. At Nicæna, secundum Bedæ & Campani sententiam, xxii: secundum Staeslerum, & vulgarem rationem, 111. Unde nullum hac ex parte Marianæ peccatum est. Sed quam apud posteriores illos, qui aureo numero 1. epactas affixerunt xi, ea ipse rationem habuerint, quàmve ad epocham comparatæ sint, difficile est intelligere. Nam priorum illorum, qui epactas nullas aureo numero 1. vindicant, causa est expeditior. Epocham enim in xxiii. Martii fixerunt. ante quem diem, quot superflui dies erant, totidem epactas putabunt. Posteriores, qui peraque ut illi ab aureo numero 1. cyclum inchoant, si eandem epocham observarunt, quomodo aureo numero 1. epactæ xi. esse poterunt; cum qui proximè vicessimum tertium Martii antecedit dies, tricesimus esset, ultimisque lunationis, non undecimus? An eorum institutum ex Dionysiana epocha originem habuit, quæ in iv. Aprilis constituit: adeò ut epactas appellarent superfluos illos dies, qui in tertium Aprilis definerent; quamvis ipsi paulatim aliud cycli principium, quam quod in Læterculo Dionysiano proditum erat, constituisent, & ad xxiii. Martii à quarto die Aprilis initium cycli transulissent? Ut enim ii, qui Dionysianum initium rei-

nentes, epactas xviii. anno xix. imputabant, duplicem habebant epocham; alteram anni in iv. Aprilis; alteram epactarum, in xxiii. Martii: ita posteriores duplicem itidem cardinem, sed duplicem observare poterunt. ut anni primi epocham in xxiii. Martii; epactarum, in 111. Aprilis statuerent. Nec illud obstat, quòd anno primo cycli, & aureo numero 1. Aprilis tertio duodecima Luna fuit, non undecima, propter Lunæ saltum. Quamvis enim à cyclo decimonono ad primum, duodecim, non undecim dierum adjectio fieret; undecim tamen imputabantur; ac dies unus dissimulabatur. quemadmodum Dionysius ab eodem die, in quem annus ultimus deserat, primum instaurati cycli cepit: uti suo loco declaravimus; ne dies unus ob saltum exemptus animadvertetur; néve primus annus, quem ille à xv. primo mensis ad xiv. primi mensis posterioris anni perducebat, uno die defectus appareret. Ob id xviii. bis numerabat. Quòd si à Neomenia ipsa, non à xv. Luna annum inchoasset, perinde tertiam Aprilis bis putasset, in eaque Neomeniam Paschalem auri numeri xix, qui est cycli primus annus, collocasset. Hoc modo undecim tantum epactæ ab anno, qui aureum numerum xix. habet, relictae aureo numero 1. tribui poterunt. Aut igitur ejusmodi illorum ratio fuit, qui veteri epactarum relicta ferie, aureo numero primo xi. assignarunt; aut, quod in lunari cycli fieri videbant, qui methodi gratiâ, ad ætatem Lunæ Januarii potissimum Kalendis obtinendam adhiberi solebat; id in decemnovennalem paulatim inveniunt. Nam cycli lunaris numero 1, epactæ xi. congruunt, ut postea dicemus. Sed in istis ἀρχαῖς ἐπέδωξεν, imò verò ἀνατολίαν δέξινω.

CAPUT XXIV.

De cyclo epactarum Paschali.

EPACTARUM ratiocinia non ab eodem mense, unde cyclus incipit, ex Computistiarum methodo, ducuntur: sed cum cyclus à Paschali mense, aut, ut recentioribus placuit, à Januario proficiscatur, epactarum ἀρχαῖς à Septembri procedit. Hinc epactarum cyclus à Romano inchoatus est. quod cap. xxi. Campanus docet. Ait enim cyclum epactarum quatuor mensibus inire ante cyclum decemnovennalem & auri numeri. Hic enim posterior à Kal. Jan. post Septembrem, unde cyclos epactarum incipit, exordium habet ex Campani sententia. Ideò à Kal. Sept. ad finem Decembris, cyclus epactarum decemnovennalem unitate superat: à Kal. Jan. ad Septembrem, pares sunt ambo. Habet autem epactarum ille cyclus eisdem proflus cum Alexandrinis epactas. Nam primus annus, xxix. sibi vindicat: secundus, xi: tertius, xxii, & ita deinceps. Incipit enim cyclus iste cum Alexandrino decemnovennali, & ab eadem Septembris epocha progreditur. imò ipsamet Alexandrinorum epactæ sunt, cum cyclo decemnovennali Romano conjunctæ. Cyclus Alexandrinus Paschalis à Romano nulla re alia discrepat, nisi quòd Alexandrinus à xxix. Aug. ad Decembrem exeuntem numeros habet unitate majores; quàm Romanus. Quocirca cyclus epactarum cum Alexandrini cycli Paschalis aureis numeris planè convenit; Romani verò numeros unitate superat. Aureo numero Romano corrente xix, velut anno Christi xviii, Neomenia prima Alexandrina inuit Augusti xxviii, quæ est caput anni primi, & auri primi numeri in Alexandrino Kalendario. At Romani aureum xix. ad Decembrem usque continuant. Proinde à Kal. Jan. ad Septem. epactæ xviii. cum aureo numero xix. concurrunt: à Septembri augetur cyclus epactarum, & primus annus ejusdem incipit: qui epactas xxix. habet. Unde à Septembri aureo numero Romano xix. adjunguntur epactæ xxix, quæ post decembrem, inveniuntur Januario, cum aureo numero 1. componentur: ac tum aureus numerus 1. cum cyclo epactarum congruet. Hæc ad Alexandrinorum imitationem manifestè sunt expressa. quamquam & Romanorum, vel Latinorum epilogismos lunares Judæorum exemplo à Septembri exordium sumpsisse supra demonstravimus. Verùm à xxiv. die dumtaxat inibant. Hic à lunatione ipsa, Septembris initium sumitur. Quare tota est Alexandrinorum ista methodus. Beda lib. de Argum. Lunæ cum de regularibus agit, auctor est regularium Lunæ prin-

principium à Cal. Septemb. Romana consuetudine capiti, secundum Ægyptios qui epactas mutant in principio Septembris. Quinetiam Bedæ ferus Bedæ Scholasticæ ad caput xlv. libri de ratione temporum, de embolismis agens lunationum epilogismos à Septembri incipit.

Quocirca epactarum in annis singulis investigandarum hæc à Campano ratio capite xxiv. proponitur. Quoniam enim Christus natus est anno tertio cycli epactarum à Cal. Septembris inveniunt, cyclo verò decemnovennali à Cal. Jan. corrente secundo: conceptus est autem in secundo anno tam cycli epactarum, quàm decemnovennali, quod convenit anno secundo ætæ Dionysianæ: proposito quolibet anno; si inter Cal. Sept. & Decembris finem versetur, ad finem Domini addenda sunt 11. Sin inter Cal. Jan. & Septembris annus ille fit; addenda est unitas. tum summa utrovis in casu per xix. divisâ, quod reliquum est, cyclus erit epactarum. Anno verbi gratiâ Christi mcccxxxvi. cycli decemnovennalis & epactarum annus est xiv. Hujus in Septembri inuit annus cycli epactarum xv. labente adhuc decemnovennali xiv. Hoc exemplum cum tota ista doctrina Durandus exponit lib. vii, cap. ix.

Ex his omnibus epactarum prima illa & antiquior ferries colligitur, quam ex Beda supra produximus, nimirum primo aureo numero competere epactam xxx, secundo, xi. Etenim à Sept. ad Decembrem, cum epactarum cyclo unitate aucto, numerus aureus nondum augetur; revera numero aureo 1. tribuuntur epactæ xi. Sed post Kalend. Jan. ad Septembrem, hoc est majore anni parte, congruunt epactæ xxx.

CAPUT XXV.

De epactis cycli lunaris.

CYCLUM lunarem hic sumimus, quatenus à decemnovennali differat, estque eo minor ternarius. Hujus ergo proprie sunt epactæ, quæ eadem, atque in Paschali cyclo, methodo colliguntur, ac per xi. progrediuntur. quarum Beda meminit, capite lv. lib. de rat. Temporum. Eadem verò à Paschali cycli, sive decemnovennalis epactis discrepant, quod istæ anno primo cycli, sive auri numeri imputantur xxx, sive nullæ; anno secundo, xi. at lunares epactæ, corrente numero xix, sunt nullæ; primo verò corrente, sunt xi. sive primus annus cycli numero pradius fit 1, sive xix. (hoc enim in opinionum varietate postum est, ut supra demonstravimus.) Atque hæc quidem epactarum propagatio recta ferie, & ἡ φωνῆ event. Neque enim superflui dies antevertuntur; sed qui ab antecedente anno civili, ac solari relicti sunt, in epactas edunt. quod in epactis Paschalibus posterioris generis non fit, quando xi. aureo primo numero tribuuntur. At in cyclo lunari, cum à Januario, qui primus est civilis anni mensis, incipiat; ordine omnia procedunt. Annus primus cycli lunaris esto, ex Dionysii, Bedæque sententia, is, qui à Calend. Jan. inuit, aureo numero lunari xix; quoniam Neomenia prima numeri hujus cadit in Cal. Jan. quæ est epocha anni civilis; ideò nulli ex anno antecedente dies superflui restant unde epactæ sunt nullæ. Anno sequente, aureo numero 1, Neomenia prima incurrat in Decembris xxi, à quo die ad Calend. Jan. dies sunt superflui xi. Ob id epactæ anni 11. cycli, & auri numeri 1. sunt xi. Quòd si, ut aliis placuisse supra diximus, cyclus lunaris ab aureo numero 1. inchoandus est; anno primo cycli, & numero 1. congruent epactæ xi.

Nunc illud memoria repetendum est, quòd de cyclo lunari supra demonstravimus; nimirum cum apud Latinos & Romanos in usu hæctenus fuisset ad Paschatis solemniam ex ejus methodo celebranda; postea decemnovennali cyclo Alexandrinorum introducto, pedetentim obsolevisse, ac penes solos Computistas, & artifices mansisse; ut ætatem Lunæ in Calendis potissimum invenirent. Etenim cycli decemnovennalis epactæ cum ordinariis regularibus mensium, ætatem Lunæ minimè referunt. Sic enim aureus numerus 111. anno, exempli causâ, cccxxv. Epactæ sunt vel xxxi, vel 111, neutra verò in Calendis Januariis primam Lunam exhibent; nisi Januasio regulares xi. imputentur; quibus

cum epactæ prioris generis dent xxxi; ut ablatis xxx, prima Luna relinquatur. Sed Januario, primo videlicet mensis, regulares novem assignari contra naturam videtur. Nam unus ad summum debet attribui. Quare ut methodo ac via progrediamur, cyclos lunaris adhibebitur. Deducitis igitur de cyclo decemnovennali tribus, restant xix: epactæ sunt nullæ, quæ cum Calendis ipsis Januariis Neomeniam ostendunt. Hic est cycli lunaris usus in Romano computo; quem Beda capite lv, lvi, & lviii. libri de Temporum rat. præscribit. De annis Christi currentibus duo detrahi jubet, ut cycli lunaris annus habeatur. Christi enim annus 1, secundo anno cycli decemnovennalis, decimo octavo lunaris inuit. Quare detrahis duobus de annis Christi, primus existet cycli lunaris annus. Anno cycli decemnovennalis, & auri numeri xi, cyclus lunaris est viii, cujus epactæ xxviii. cum biduo Januarii, dant xxx. addita unitate, pro regulari, sunt xxxi, sive Neomenia. Ceterum propter lunarem ἡμερῶν quatruidi, à Nicæno sæculo ad Gregorianam castigationem; si citra decem dierum exemptionem numeri auri retrò promoti essent, numeri decemnovennalis cycli, iidem & lunaris fuissent; adeoque cycli ambo in unum coaluissent, quod ad ἀρχαῖς ἐπέδωξεν attinet. Nam aureus numerus decemnovennalis xix. à v. Januarii ad Kalendas ipsas transitum fecerat.

CAPUT XXVI.

De regularibus Lunæ.

REGULARES appellant Computistæ numeros quosdam, qui singulorum mensium Calendis affixi sunt, immotique consistunt. Lunares autem, sunt numeri, qui cum epactis conjuncti ætatem Lunæ in Calendis exhibent. Itaque differunt in eo regulares ab epactis, quod hæc quotannis per undenarii incrementa variantur; regulares nunquam mutantur. Constituantur autem regulares ex ætate Lunæ in anno primo cycli lunaris. Quare Alexandrinorum regulares in mensibus tricenariis erunt ejusmodi.

Menses	Regulares.
Thoth	11
Faophi	11
Athyr	111
Choiac	111
Tybi	11
Mechir	11
Phamethoth	11
Pharmuthi	11
Pachon	11
Payni	11
Epiphi	111
Mefori	111

Romano Kalendario duplex regularium genus imputat Beda libro de Argument. Lunæ. Alterum secundum Ægyptios; alterum secundum Romanos. quod discrimen ex duplici initio est exortum. Nam aut à Januario epilogismos inchoamus; aut à Septembri. Hoc posterius initium epactis, carumque cyclo à Computistis attribuitur; in quo Alexandrinos sequuntur, quorum cyclus primus à xxviii. Augusti incipit. Cum igitur epactarum ratiocinium à Septembri ineat; vide quata sit Luna Calendis singulis anno primo cycli epactarum, qui est primus cycli decemnovennalis Alexandrini. Neomenia est, uti diximus, in xxviii. Augusti: ergo Luna erit quinta Calend. Septembris; Octobris verò quinta; Novembris septima; & ita deinceps. Hi regulares erunt, ac perpetua methodo cum epactis compositi ætatem Lunæ representabunt. Anno cycli epactarum 111, corrente aureo numero 11, epactæ sunt xxxi, quæ cum regularibus Octo-